

www.e-rara.ch

M. T. Ciceronis Epistolarum volumen, earum quae familiares olim dictae, nunc rectius ad familiares appellantur

Cicero, Marcus Tullius

Augustae Munatianae, 1620

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28569>

Ad lectorem

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

AD LECTOREM.

De fine & vsu huius libri.

LIBER hic epistolarum Ciceronis, nevisquam in hunc finem solùm lucem aspexit, & ab ipso auctore posteritati relictus est, ut quis ipse fuerit cognoscatur, ut lectione ipsius quis se oblectet, neque etiam primus & vniuersus (est verò aliquis) scopus libri est, ut de historiis eius temporis nobis constaret: sed ut ex eo ceu fonte, linguæ Latinæ puritatem hauriamus, atque Ciceronis disertissimi Romuli nepotum, vestigia illius premendo, similes esse enitamur. Hoc ipsum verò solâ, quamuis assiduâ & attentâ lectione nemo consequetur: imitatio crebrumque exercitium accedat necesse est: aliud enim multò legere, imitari aliud: nam qui legunt, cognoscere solùm aut colligere volunt, qui verò imitantur, alicuius similes esse conantur. Est enim imitari sic virtutes eius, quàm ante deligeris, oratione effingere, atque ita exprimere, ut in eo quod imiteris similis eius esse videaris. Vnus autem, non plures, nec quiuis, sed in quaque re excellentissimus seligatur: quemadmodum ergo in ligata oratione, Homerum in Græcis, Vergilium in Latinis: sic in solutâ oratione, in græcis quidem Demosthenem, quo ne Athenas quidē ipsas magis fuisse Atticas Cicero credebatur; in Latinis verò hūc ipsum Ciceronē, maximo consensu

sensu imitandum censeo; de quo celeberrimus ille orator Caelius Secundus Curio, non minus eleganter, quam verè in quodam manuscripto, ita inquit: Nulla in vno genere scriptoris laus, cuius in Ciceronis monumentis non sit aliqua, si nõ perfectè, (vt ipse de se modestissime dicit) at conatus tamen atque adumbratio nemo melioribus vnquam verbis apud Romanos vsus est; nemo purius est loquutus: nullius dictio aut clarior extitit vnquam, aut copiosior. Quis orationem luminibus verborum & sententiarum maiore cum laude distinxit & ornauit? Quis quid rerum, quid personarum dignitates ferat, acutius vidit? & ad id quodcunque agitur, aptius congruentiusque orationem sermonemque temperauit? Quid iucundius auribus nostris vnquam accidit huius oratione: quæ est tam pura, vt Latine loqui penè solus videatur: sic a. grauis, vt in singulari dignitate omnis tamen humanitas ac lepos elisceat. Quid multa, istum legens equidem sic iudicare soleo, quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitiosius & deterius futurum. In eo enim inuenias copiam Platonis, suauitatem Isocratis, subtilitatem Lysie, acumen Hypocridis, sonitum Æschinis, vim Demosthenis, grauitatem Aphricani, lenitatem Zeli, asperitatem Galbae: Sic vt si quicquam perfectum in facultate dicendi, aut fuit aut esse potest, id in vno Cicerone esse, dubitare nemo queat.

Duo autem in hoc epistolarum libro imitanda veniunt: Sermo Latinus: & ratio conscribendarum epistolarum. De illo namque sic Aldus Manutius: omnia M. Tullij opera conferre mirum in modum, sed Epistolas maximè. Nam & copiosum, & elegantem & quod facio plurimi, perfacilem in scribendo, studiosum sui efficiunt. Formam epistolarum antiquitus vstitatam hic cernere est: nullum genus in hoc epistolarum libro prætermissum existimo; artificium verò tractandorum omnium generum, & quibus in vnoquoque genere argumentis vti conueniat, attento & prudenti lectori, elegantissimè simul ac perfectissimè ob oculos ponitur. Atque in hunc usum Catalogum generum epistolarum ceu indicem, subieci, ut sic in promptu sit cuius, eius, quo genere epistolico vti cogitat, exemplum.

